Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

et reliquum vulgus transtulit na
buzardan princeps militie et
de pauperibus terre reliquit vi
neras et agricolas. Colum
nas aut areas que erant
in templo dni et bases et
mare ereum quod erat in do
mo dni confregerunt caldei
et transtulerunt omne es in ba
bilonem ollas quoque ereas et
scutellas et mortariola et
dentes et cyphos et cuncta
vasa erea in quibus ministra
bant tulerunt necnon thuribu
la et fiolas que aurea et
que argentea tulit princeps
militie. Duas columnas duas
et mare unum et bases quas
fecerat rex salomon in templo
dni. Non erat pondus eris
omnium vasorum. Dena et octo
cubitos altitudinis habebat una
columna et capitellum super se
altitudinis trium cubitorum et
reticulum et malogranata super
capitellum columne cuncta erea.
Similiter et columna secunda
habebat ornatum. Tulit quoque
princeps militie saraiam sa
cerdotem primum et sophoniam
sacerdotem secundum et tres iani
tores et de ciuitate eunu
chum unum qui erat prepositus
super viros bellatores et quinque
viros de his qui steterant
coram rege quos reperit in
ciuitate et scriptor principem
ex exercitu qui probabat tyro
nes de populo terre et sexaginta
viros de populo qui inuenti
fuerant in ciuitate. Quos
tollens nabuzardan princeps
militum duxit ad regem babi
lonis in reblatha in terra
emath. Et transtulit eos ex iu
da de terra sua. Populus ad
quem relictus erat in terra
iuda quem constituerat rex ba
bilonis nabuchodonosor super
fecit godoliam filium ahi
cam filii saphan. Quod cum
audissent omnes duces mi
litum ipsi et uiri qui erant
cum eis videlicet quod constitui
set rex babilonis godoliam
venerunt ad godoliam in maspha
ysmahel filius nathanie
et iohanan filius caree
et saraia filius thanaan et
netophathites et iezon
ias filius machathi ipse et
uiri eorum. Iurauitque eis go
doliam et uiros eorum dicens
Nolite timere seruire caldeis
manete in terra et seruite re
gi babilonis et bene erit vobis
factum est autem in mense septimo
venit ysmahel filius nathanie
filii elisama de semine regio
et x uiri cum eo percusseruntque
godoliam. Cum mortuus est
hic et iudeos et caldeos
qui erant cum eo in maspha.
Consurgens autem omnis populus
a paruo usque ad magnum et
principes militum venerunt in
egyptum timentes chaldeos.
Factum est autem anno xxxvii
transmigrationis ioachim regis
iuda mense xii vicesima
septima die mensis sublevauit
euilmerodach rex ba
bilonis anno quo regnare
cepit. Extulit ioachim
regem iuda de carcere et
locutus est ei benigne et
posuit thronum eius super
thronum regum qui erant in

babilon